Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

inmunditia post hec recipe gra-
norum lauri lot xx. granorum
Juniperi lb. j. sticus lot xxiiij.
Castorei maradici ana lot.
xxviij. seminis aquilegij lot iiij.
seminis sinapis albi lot xij.
seminis ruthe lot iiij. seminis
urtice maioris lot vj. seminis
anisij lot iiij. seminis fem-
iculi lot ij. seminis plantaginis
maioris lot j. Hec omnia
simul minutissime contusa
cum optimo vino decoquantur
usque ad resolutionem pulmen-
talem et per pannum spissum
comprimatur, et quod exit mo-
do pulmenti conseruetur. re-
manens in panno de nouo
contusum iterum cum vino deco-
quatur et per pannum comprimatur.
et hoc totiens fiat quousque
tota virtus et medulla fa-
rine transeat per pannum. et
fila arida in panno permane-
ant. post hoc succi predicti
sumantur. et spumatum mel
similiter in caldario cupreo
magno, fundatur in carbonibus
sine fumo incensis leui de-
coctione bulliat sine despu-
matione nisi in prima bulli-
tione prima inmundities de-
ponetur cum dorso coclearij. ca-
Cum vero totus succus in ma-
xima parte euanuerit, tunc pulmen-
tum ex predictis colatum inmitte
et iterum decoctione simul bulliat
quousque succus uel humidum
aqueum in dimidia parte exalet.
Tunc hos inmitte pulueres.
Re tiriace magne lb. j. me-
tridati lot ij. mumie lot
iiij. coriandri preparati lot viij.

piperis longi lot iij. nucis mus-
cate lot xij. zinziberis lot
ij. croci lot iiij. galange
lot iij. zedoarie lot iij. Hec
omnia arida prius tere et pul-
uerisa minutim et cribra.
recipe terre sigillate boli ar-
meniaci lot ij. puluere specierum
diacastorei pul. specierum dia-
mar. pul. specierum diagalange
ana lot ij. stomaticum confor-
tatiuum calidum pul. lot ij.
pul. electuarij dulcis lot j.
pul. diambre lot iij. Hec
omnia simul minutissime
fracta inmittantur in materiam
bullientem ut dictum est et spa-
tula decoctione moueantur.
ne in fundo concremetur usque
ad inspissationem mellinam.
Et tunc infunde boni vini
ardentis lot xxiiij. et sine
bullitione tota materia mo-
ueatur quousque vice uersa in-
cipiat ingrossari aut inspis-
sari et aliqua pars vini ex-
alet. sed non totum / post hoc
inmitte factam materiam et per-
fectam in vase stagneo vel
argenteo quod melius est
ita quod nichil de cetero euapo-
rare poterit que durat et
durare poterit si bene reclusa
fuerit et in yeme a frigiditate
custodita per annos multos scilicet
centum et vltra et quanto
antiquior tanto melior uel
reseruatione alterius medi-
cinalis liquidi. Modus sumendi

Est enim modus sumendi iste
reponatur patiens apostemati-
cus in lecto optime coopertus
ubicumque fuerit apostema non
curetur, recipiantur de ista